

ubi supra, qui observat cum D. Covar. sigilla publica, praesertim regia, sedulò custodienda, debentque fido servatori tradi Gregor. Lop. in l. 26. gloss. 4. tit. 18. part. 3. Alfar. sup. num. 2. ideoque munus istud perillustre magnis Cancelleriis committitur, qui per substitutos in summis Praetoribus administrant, ut experitur, & advertit Menoch. d. pref. 57. num. 7. De Cancelleriorum dignitate aetum est supra, cap. 4. num. 47.

Ibi: *Sigillum regium esse.*

- 48 Sigillum esse de substantialibus regalium litterarum, seu privilegiorum, adnotat Alfar. num. 4. Petr. Peckius tract. de amortizatione bonorum. cap. 26. num. 3. quod verum est in illis, quibus solet sigillum imprimi; multa enim rescripta absque illo Regis subscriptione expedientur, ut animadvertisit Menoch. dict. pref. 57. in fin.
- 49 Quæret aliquid, an epistola, aliave privata scriptura probet, si nec dies, nec locus confessionis adjiciatur? Et affirmative cuncti respondent, ut Merlin. de pignor. lib. 1. quæst. 44. num. 10. Mafcard. l. 1. quæst. 6. num. 32. Morl. Empor. Jur. part. 1. tit. de fid. instrum. quæst. 3. num. 13. Quod in publicis instrumentis alter se habet; nam & locus, & dies, ut subsistant, exprimi debet, ut plenè prænotavimus supra cap. 20. ex num. 6. Rogabit etiam alius, an causâ promissionis omisâ, scriptura privata probet, aut valeat? Et negative resolvitur communiter. Genua de script. privat. lib. 1. quæst. 4. num. 254. Tusch. Practic. lit. 5. concl. 76. num. 18. Parlador. quoridian. lib. 2. cap. 3. num. 55. qui in calce ejusdem capituli, & in fine partis 1. §. 1. num. 23. aliud in publico instrumento edocet, cui accedit Cur. Philip. part. 2. §. 8. num. 6.

S U M M A R I U M.

- 1 Quid sit attentatum.
- 2 Qui in attentatum incidere possunt, & quid si appellans, vel tertius innovet, & num. 3.
- 4 Attentata debent ante omnia revocari: quod tamen refringitur.
- 5 Per appellacionem suspenditur jurisdictionis à quo: quid si ab interloquitoria appelletur.
- 6 Sententia an suspensa, vel extincta dicatur per appellacionem, & num. 7.
- 8 Quando appellatio sententiani, & jurisdictionem suspendat.
- 9 Judex exequens sententiam post appellacionem, graviter delinquit, & variis afficitur puni.
- 10 Facultas revocandi attentata appellacione pendente, ad quem judicem spectat.
- 11 Judici à quo qua facere liceat, appellatio pendente.
- 12 Quæ probari opus sit, ut attentatorum revocatio subsequatur.
- 13 Ut attentata revocari debent innovata intra tempus ad appellandum præsumitum, ante interpositam appellacionem, necnon dum controvenerit, an sit appellacioni locus: quod limitatur, num. 19.
- 14 Ultimo supplicio damnatus an testari permittat.

tur, si pendente appellacione decedat, & quid jure nostro regio.

Confiscatio bonorum ex sententia num sortiatur effectum, si reus, secunda instantia pendente, obeat, ibid.

- 15 Qui ex sententia munere privatur publico, si appeller, que interim gesserit, et si confirmetur judicatum, subsistunt.
- 16 Aliud est in actibus privatis, velut testamento, ubi testari prohibetur.
- 17 Si quis ex sententia infamis declaretur, & provocet, à quo tempore incurrit infamiam.
- 18 Excommunicationis sententiam non suspendit appellatio, sed si post istam illa proferatur, est ipso jure nulla.
- 19 Judge Ecclesiasticus intra fatidia appellacionis potest damnatum censuris compellere, ut sententia decreta adimpleat, quod speciale est.
- 20 Res judicata dicitur sententia, à qua appellari non potest.
- 21 Quando revocatio attentatorum in secunda instantia possit postulari.
- 22 Spoliato an liceat suspendere petitorum, & possessori agere? remissive.
- 23 Agenti ad revocationem attentatorum an opponatur notiorius tituli defectus.
- 24 Remedium revocandi attentata magis privilegium habetur, quam interdicendum Unde vi.
- 25 Attentata non censuratur, qua judge egerit post appellacionem, cui de jure deferre non debet.
- 26 Pluribus in causis appellare non licet, de quibus remissive.
- 27 Appellatio semper admittitur, nisi expressim jure prohibetur.
- 28 In criminalibus auditur appellans etiam reus lesa majestatis.
- 29 Hereticus appellare prohibetur.
- 30 Confessus, atque convictus appellacionis subsidio non juvatur.
- 31 Limitatur, & num. 37.
- 32 Nefas est torquere convictum, it confessus appellare non valeat.
- 33 Reus convictus in caput alienum torqueri potest, & quando liceat de complicibus interrogare.
- 34 Quanquam non recte judge operetur, questionem habens de convicto, hic ramen tenetur in foro interno fateri veritatem.
- 35 Aliquando licet torquere convictum, ne appellare valeat.
- 36 Judge jubens torqueri convictum, quam protectionem premire debet.
- 38 Confessus an audiatur, si appeller, & quid de convicto, & num. 40.
- 39 In quibusdam criminibus confessus, aut convictus appellare non permittitur.
- 42 Solus Princeps valer causam committere, appellacione remota, aut lege auxilium istud tollere.
- 43 Quid de prima citatione, & utrum ea omissa, Princeps ipse possit judicare.
- 44 Ciatio ad sententiam est de substantialibus iudiciorum, sed eam solemitatem Princeps servare non tenetur, quam & lege tollere potest.
- 45 Princeps, omissa citatione, disponere potest in tertio prejudicium, qua à suo libero pendent arbitrio.
- 46 De intellectu capituli 1. de caus. possess. & propriet.

Enucleatus, & auctus. Cap. XXIII.

- 47 Clausula Supplentes omnes defectus, referuntur tantum ad illos, qui à jure positivo proveniunt.
- 48 Princeps causas etiam gravissimis prejudiciorum committere valer idoneis judicibus, appellacionem removens, & num. 50.
- 49 Etiam ubi prohibetur appellatio; poterit judex justa ex causa deferre illi.
- 51 A sententia, seu correctione Prelati Regularium licet provocare.
- 52 De clausula, Appellatione remota, qui egerint, & an tollatur etiam devolutivus effectus.
- 53 Post appellacionem, que solum devolutivum obtinet effectum, judge procedens non committit attentatum: quod limitatur.
- 54 In judicio possessori an sit locus appellacioni, qui trahent.
- 55 Jure Canonico appellatio in possessori utrumque effectum operatur.
- 56 Quid de jure nostro Regio, & num. 61.
- 57 Quid jure communi, & num. 58.
- 59 In possessori summariissimis, velut ex lege finali, C. de edict. D. Adriani toll. omnijure appellatio non suspendit exequitionem.
- 60 Limitatur.
- 63 Jure communi, quando sententia infert irreparabile detrimentum, appellatio effectum suspensum in possessori operatur, licet regulariter secus sit.
- 64 In judicio possessori tenuta non admittitur supplicatio.
- 65 Cum appellatur in possessori ab inordinario iudicio, etiam de jure communi suspensus resultat effectus.
- 66 Licet jure communi non suspendatur exequitio in possessori per appellacionem, si simul possessor damnetur ad restitucionem rei cum fructibus, interesse, vel expensis, rei restitutio non suspendetur, sicut fructuum, aut expensarum solatio, donec secunda instantia absolvatur.
- 67 De interpretatione legis 3. tit. 7. lib. 7. Recop.
- 68 Exequitionem publici instrumenti non impedit appellatio, que solum producit devolutivum effectum.
- 69 Idem juris est de precepto de solvendo.
- 70 Quoties prohibetur appellatio, non auferitur devolutivus effectus.
- 71 Appellatione vetita, num licet supplicare, remissive.
- 72 Appellatione interposta ab attentatorum revocatione, an suspendatur exequitio.

C A P U T XXIII.

- 1 Attentatum est omnis actus sine rationabili causa, lite, appellacione, vel his æquivalentibus pendentibus, à judge, seu parte, aut ab habitibus causam ab eis contemptum jurisdictionis, & prejudicium partis factus, officio ejus, cuius fuit laesa majestas, in primis, & ante omnia revocandus. Lancellot. tract. de attentat. part. 1. in prefat. numero 14. qui singula verba expositione illustrat, ac de verbi hujus significacione fusè differit à num. 1. de quibus etiam Herculian. in simili tract. cap. 1. & 3.

Ibi: *Eft etenim per appellacionem.*

Præcipius appellacionis effectus est suspendere quoad causam, vel articulum, de quo appellatur, Jurisdictionem judicis à quo. Scacc. quæst. 3. num. 16. Salgad. part. 1. cap. 6. num. 39. Barbosa de jur. univ. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 61. Pichard. manud. ad præ. part. 4. §. 16. num. 1. Cujac. in cap. significavit, de appellat. Paz in praxi, tom. 1. part. 6. proam. nu. 11. Marant. de ordin. judicior. part. 6. art. 2. num. 171. & 173. Lancell. part. 2. in prefat. num. 82. & 109. Quod ita est, si à definitiva interponatur appellatio, sed ubi ab interloquitoria

Ioquatoria provocatur, non suspenditur iuridictio quoad causam principalem, nisi articulus ita sit ei connexus, ut hoc non decisio, ad ulteriora procedi nequeat. Scacc. q. 17. limit. 47. memb. 2. per tot. qui num. 14. advertit, in praxi indistinctè per appellationem impediri jurisdictionem inferioris.

Ibi: His accedit, quod sententia.

6 Sententia, à qua appellatur, ad præfens spensa, ad futurum extincta censetur, cap. 1. de re judic. Tusch. lit. A. concl. 377. num. 7. Lancell. ubi proximè, num. 114. Ant. Fab. in ration. ad l. furti, de his qui not. inf. Marescot. variar. lib. 1. cap. 36. num. 17. Guazzin. de defens. reor. cap. 36. cap. 15. num. 1. Barbosa collect. cap. Veniens 19. num. 7. de jurejur. Gregor. Lop. in l. 5. gloss. 5. tit. 13. p. 3. Scacc. quest. 3. num. 82. Pichard. sup. numero 2. Disputatur, an sententia suspendatur, vel extinguatur? Quam quæstionem, cùm de nomine sit, contemnit Scaccia, cui magis placet, ut suspensa dicatur, nec immerit.

7 Primum, quia renunciatione, vel desertione appellationis convalescit sententia, quæ semel extincta reviviscere nequit, argumento legis Inter stipulamentum 83. §. Sacram, de verb. obig. Barbosa axiom. 90. Secundò, etiam post appellationem suos operatur effectus, tum numeratur confirmata, ut impedit tertid appellari, tum præsumptionem producit, l. Si infiltrata 27. §. D. in officio, de in offic. testam. ubi Fab. in ration. quos si fore extincta, producere non valeret ex juris axiomate, de que Barbosa cum pluribus axiom. 164. num. 1. Ultimò potest confirmari per superiorē, & si effet extincta, confirmationis efficeretur incapax, quæ sine subiecto consistere non valet, cùm non entis nullæ sint qualitates, l. Ejus qui in provincia, ff. si cert. petat. Barbosa axiom. 196. à num. 1.

8 Ut appellatio jurisdictionem, ac sententiam suspendat, opus est ut legitimè interponatur, vel quod judex illi deferat, quia licet iure repellere possit sèpè provocatio, si tamen eam edemiserit judex, sibi ligat manus, ne ad ulteriora valeat progreedi. Salgad. de reg. protet. part. 1. cap. 3. num. 9. Lancel. d. cap. 26. Mafcard. ubi proximè, Barbosa collect. cap. Non solùm num. 9. de appellat. in 6. quod limitatur si judex post lapsum fatalium appellationi detulerit, ac deinde innovaverit, ut colligitur ex præmissis.

Vers. Secundo præscripta regula.

Ut ad revocationem attentatorum deveniatur, necesse est ut probetur intra legitimū tempus appellationis interposita, nec adverlari confessio sat erit. Lancell. cap. 12. limit. 50. nu. 1. & 37. & cap. 26. num. 17. Mafcard. concl. 1278. num. 4. Scacc. quest. 12. num. 42. Imò tria copulativè sunt probanda, scilicet pronunciatum, appellatum intra fatalia & per habentem facultatem, & attentatum. Salgad. de Reg. protet. part. 1. cap. 3. num. 9. Lancel. d. cap. 26. Mafcard. ubi proximè, Barbosa collect. cap. Non solùm num. 9. de appellat. in 6. quod limitatur si judex post lapsum fatalium appellationi detulerit, ac deinde innovaverit, ut colligitur ex præmissis.

Ad Num. 2.

EIAM ceu attentata debent retractari, quæ innovata reperiuntur per judicem, vel partem, dum labuntur decem dies, vel alius terminus appellationi præfinitus. Salgad. part. 1. cap. 7. num. 27. Scacc. quest. 3. numero 50. Tusch. lit. A. conclus. 377. num. 9. & conclus. 542. nu. 2. Pichard. manud. ad prax. part. 4. §. 16. num. 12. Villalob. Ärar. commun. opin. lit. A. num. 258. Marant. de ordin. judicior. part. 6. aff. 2. nu. 400. Barb. collect. cap. fin. nu. 41. de appell. Herc. sup. cap. 30. nu. 15. Idem est de innovatis dum controyetur, an sit appellationi referendum, necne. Salgad ubi proximè, Mafcard. concl. 148. num. 14. Illaque de stylo Curiae revocantur, etsi appellatio deferatur. Marescot. num. 63.

Ibi: Preserim, quia ea exequitio.

6 Judex qui exequitur suam sententiā, à qua est appellatum, jus, judicem, ac partem offendit. Menoch. de recip. remed. ult. num. 25. Greg. Lop. int. 27. gloss. 8. in fin. tit. 23. p. 3. Lancell. c. 23. num. 24. Barbosa collect. cap. ult. num. 29. de appellat. Quapropter varijs peccatis coeretur, quas in unum congerit Lancell. cap. 31. à num. 7. Scacc. quest. 13. ex numero 100. Inde etiam provenit, ut judex superior ex officio valeat attentata revocare, quamvis pars id non postuler. Lancell. cap. 27. num. 6. Barbosa num. 43. Menoch. num. 32. Greg. Lop. ubi proximè, quicquid scripsit Pichard. sup. d. §. 16. num. 2.

Vers. Prima igitur sit.

Facultas revocandi attentata, appellatione pendente, ad judicem ad quem spectat privative, nec aliis talem jurisdictionem obtinet;

Apud nos hæc locum habere nequeunt, cùm capite damnatus non veteretur testamentum condere, l. 4. Tauri, ubi Ant. Gom. ad rem, num. 6. l. 3. titul. 4. lib. 5. Recop. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 605. num. 1. Quoad jus commune ex Scaccia quest. 3. à num. 71. qui latè de effectibus suspensionis sententiæ per appellationem, præsertim num. 74. vers. Sublimata secundò, Barb. collect. cap. Sepè, num. 6. de appellat. si quis ultimo suppicio damnatus, bonis fisco addiciti appellat, ac eo pendente iudicio decedat, distinguì soler, ut si bonorum confisio adjiciatur accessoriè ad peccatum capitale, per mortem utraque extinguatur: fecis si per se, ac separati pecuniaris peccata irrogetur; nam fiscus confirmata sententiæ bona percipiet. Tusch. lit. A. concl. 377. nu. 25. Clar. sententiæ. cap. fin. quest. 51. num. 14. & quest. 94. num. 7.

Illud

15 Illud discrimen placet observare, nam quæ pendente appellatione geruntur ratione publici munieris, quo aliquis per sententiam privatur, viribus constitunt, nec retractantur, quamvis per superiorē confirmetur: non sic in actibus privatis, veluti si reus testamentum conficerit, quod confirmatione sententiæ reddet irritum. Scac. n. 75.

Ibi: Nam, etià sententia ipsa.

16 Videas de suspensione infamie per appellationem Scacciam quest. 3. num. 74. vers. Sublimata secundò, & q. 17. limit. 22. num. 2. Ant. Fab. in ration. ad l. furti, ff. de his qui not. infam. Ex quo advertendum ad huc tradita per D. Covarruv. sententiam, ex qua infamia irrogatur, non illicet eam inferre damnato, sed post lapsum termini ad appellandum, si non interposuerit appellationem; tuncque retrotrahitur ad diem sententiæ prolatae, seu intimatae. At si provocetur, distinguì oportet; etenim si deseratur appellatio, similiter est locus retroactioni: at qui prosequutus instantiam succubuit, confirmata infamia sententiæ minimè retrotrahitur, sed ex tunc infamis habebitur, ut ex d. l. Furti. Faber deducit rationem reddens differentiæ. Molin. de just. & jur. tract. 4. disp. 9. num. 4.

Vers. Secundo illud tamen.

17 Sententia excommunicationis per appellationem non suspenditur, cap. Pastoralis 53. §. Verum, de appellat. cap. is cui 20. §. fin. de sentent. excommunic. in 6. l. 21. tit. 1. part. 1. ubi Greg. Lop. gloss. 1. Salgad. de reg. protet. part. 1. cap. 5. à num. 3. Guazzin. de defens. reor. def. 36. cap. 6. num. 1. Barbosa collect. d. cap. Pastoralis. num. 5. Scacc. de appellat. quest. 17. limit. 22. per tot. Imò & post appellationem excommunicationis potest denunciari. Salgad. num. 12. Lancell. cap. 12. limit. 40. num. 6. & alii ex prælaudatis. Sed si post appellationem ea sententia feratur, nulla est ipso iure. Tusch. lit. E. concl. 541. n. 6. Salgad. num. 1. Farinac. fragment. crimin. lit. I. num. 327. Scacc. sup. n. 54. Lancellot. limit. 8. n. 1. & 5. Barbosa collect. cap. Ad presentiam, num. 2. de appellat. Mart. de juridict. part. 3. cap. 18. num. 7. Ideo non convalescit, deserta appellatione. Tusch. n. 4. Quoties eodem die, & excommunicationem, & appellationem concurreret, constat, illa præcessisse presumitur, nisi aliud probetur. Mafcard. concl. 699. à n. 3.

18 Illud speciale est, quod huc docemur; nam si sententiam Judex Ecclesiasticus proferat, poterit intra decem dies ad appellandum concessio excommunicationis damnato imponere, ut patet iudicatis: & hoc in cæteris non licet iudici, nec ad exequitionem procedere, labente appellationis tempore: alioqui attentatum incurrit, ut prænotatur suprà, num. 13. Sic. tenuere Barbosa collect. cap. Venerabilibus, num. 11. de sentent. excommunic. in 6. Tusch. ubi proximè, num. 16. Pichard. manuduct. ad prax. p. 4. §. 16. num. 13. Villalob. Ärar. commun. opin. lit. A. num. 260.

Ibi: Tradit, non esse revocandam.

19 Quæ judex egerit ad exequitionem sententiæ infra tempus appellationi præscriptum ita demù revocari debent, si appelletur, alioqui firma persistunt. Scacc. quest. 3. num. 52. Villalob. sup. D. de Faria Covar. Encl.

num. 259. Barbosa collect. cap. fin. n. 41. de appellat. Lancell. cap. 11. n. 42.

Ibi: Propriè siquidem dicitur sententia.

Res judicata propriè vocatur sententia, à qua non potest appellari. Barbosa collect. cap. Non solùm, num. 11. de appellat. in 6. Wefembec. in paratit. l. ad tit. ff. de re judic. num. 3. Pichard. manud. ad prax. p. 2. in pral. §. 2. n. 4.

Ad Num. 3.

Usque ad conclusionem in causa appellationis ad revocationem attentatorum agerelicit. Lancell. fusè cap. 23. ex num. 5. Scacc. quest. 3. num. 81. Marant. de ordin. judicior. part. 6. ad. 2. de appellat. num. 403. Pichard. d. §. 26. n. 1. Menoch. de recuper. remed. ult. num. 37. vers. Verum. An post conclusionem in causa sit audiendus, qui attentatorum revocationem intendit, disputat Lancell. à n. 14. & affirmativa accedit, maximè si post conclusionem attentata contingent, aut in notitiam agentis deveniant. Hercul. de attent. cap. 30. n. 30.

Ibi: Huic etiam opinioni accedit.

Quando valeat spoliatus suspendere petitionem à se, vel ab alio propositam, & possessorium deducere, tradunt laudati per me Variar. lib. 1. cap. 16. num. 72.

Ad Num. 4.

In ea controversia, num agenti ad revocationem attentatorum obster notioris tituli defectus, triplex reperitur opinio. Quidam absolute affirmant, quidam inficiant, alii distinguunt, ut scilicet in beneficibus obster, non tamen in profanis, de quo plenè Lancell. cap. 24. q. 1. Tusch. lit. A. concl. 543. & 546. Mafcard. de probat. concl. 146. ex num. 6. Sed affirmativam absque distinctione cum D. Covar. sustinent Menoch. ubi proximè, num. 32. Villalob. num. 261. Ursill. ad Afflit. deci. 98. num. 3. Marescot. variar. lib. 2. cap. 121. num. 58. Hercul. de attent. cap. 15. num. 10. Judex tamen ex officio poterit innovata retractare, remque sequistro tradere, donec principalis causa definitur. Menoch. ibid. Lancellot. num. 58. qui communem traditam distinctionem amplectitur. Quæ aliae expectationes impediant attentatorum revocationem, docent Menoch. ex num. 28. & Lancellot. d. cap. 24. per tot.

Ibi: Quasi majoris sit privilegii.

Remedium istud possessorium, quod à judicis officio provenit, Menoch. sup. num. 24. quoad privilegia potius habetur interdicto Unde vi. Tusch. lit. A. concl. 548. Menoch. num. 25. Salgad. de Reg. protet. part. 2. cap. 10. num. 22. Scac. quest. 17. limit. 47. memb. 1. num. 173. De privilegiis hujus remedii egit Lancellot. cap. 30. per tot.

Vers. Sextò est omnino.

Appellatio de jure non admittenda non efficit attentatum quod judex postea gesserit. Lancell. cap. 12. limit. 6. de frivola, limit. 50. de nulla, limit. 53. de jure prohibita. Cancer. variar. part. 1. c. 17. T. num. 58.